

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Barnaba lxxvi

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sanctis Primo et feliciano

ducens et soluens. ipsum cum petro in domo arbemi
mij restituit. et ut septē diebus populū confortarē
rent. et postea se iudici presentarent precepit. Cū
ergo predictus iudex eos in carcere nō inuenisset
acceritum arbemiū et sacrificare nolentē in terra
cum vxore sua obrui iussit. Quō sancti marcellinus
et petrus audientes illuc uenerūt. et in illa cripta se
ptē diebus sanctus marcellinus xpianis se prore
gentibus missas celebrant. Dixerūtq; sancti ad in
credulos. Ecce arbemiū potuissimus liberare et
nos abscondere. sed neutrum uoluimus facere. Tūc
irati gentiles arbemiū gladio necauerūt. matrē
vero cū filia lapidibus obruerunt. marcellinū autē
et petrū ad siluam nigrā que nunc cāvida ppter
eoz martiriū uocat de collarit. tēpore diocleciani
qui cepit anno dñi. cclxxxvij. Quorū aīas uestibus
splēdidis et gēmis indutas ab angelis in celū de
ferri spiculatori nomie dorothēus uidit. Unde et
xpianus effectus postmodū in pace quieuit.

De sanctis primo et feliciano.

lxxv



Primus quasi summus et magnus. felicianus
quasi felix anus. idest felix senex. Ille enī
dicit summus siue magnus dignitate. ppter
martiriū perpeffionē. potestate. ppter miraculoz
opationē. sanctitate. ppter uite perfectionē. felici
tate. ppter gloriosam fruitionē. Iste autē dicit se
nux non tñ ppter tēpū antiquitatē. sed etiā pro
pter reuerētie dignitatē. ppter sapientie maturi
tate. et ppter morū grauitatem.

Primus et felicianus apud dyodecianum
et maximianū a tēplozū pontificibus accu
sant. q; nisi eos sacrificare fecerint. nulla a
dñs beneficia obtinere ualebūt. Iussu igit impa
torū in carcere recludunt. sed ab angelo uisitantur
et a uinculis quib; erant ligati absoluunt. et libe
ri in carcere deambulātes dñm clara uoce collau
dabant. Postmodū iterū impatoribus p̄sentant.
Qui cū in fide firmi persisterent crudeliter laniati
abinuicē separant. Dicitq; p̄ses feliciano ut siue
senectuti cōsuleret et dijs imolaret. Cui felicianus
Ecce iam octoginta ānos habeo et. xxx. anni sunt
ex quo ueritatē agnoui et elegi deo uiuere qui me
poteat de tuis manibus liberare. Tūc iussit p̄ses
eū ligari. et clauos in manibus et pedibus affigi.
eiq; dixit. Tandiu sic eris donec nobis cōsenseris
Qui dū leto uultu p̄sisteret. eū ibidē torqueri ius
sit. et nichil penitē ministrari. Post hoc sanctū pri
mum adduci fecit. eiq; dixit. Ecce frater tuus impe
ratorū decretis cōsensit. et ob hoc magnus in pala
cio uenerat. Tu ergo similiter age. Cui ille. Licet
dyaboli filius sis uerum tñ in pte dixisti. q̄a frater
meus impatoris celestis decreto cōsensit. Tūc ira
tus p̄ses iussit facibus latera eius incendi. et plūbū
buliens in os eius infundi. cernēte feliciano. ut sic
terreri poss. Ipse autē plumbū tanq; frigidā aquā
suauiter bibit. Tūc p̄ses iratus duos leones ad
eos mitti p̄cepit. Qui statis ad pedes eoz se p̄ice
runt. et tanq; agni mansueti corā eis stererūt. Rur
sus uisus crudeles dimittit. et cū leonibus mansue
sunt. Aderant ad hoc spectaculū plusq; .xij. milia
uīroz de quibus. d. uiri in dño crediderūt. P̄ses
autē sanctos fecit de collarari. et eoz corpora camb;
et auib; p̄ici. Sed tamē ab his illesa a xpianis
honorifice sunt sepulta. Passi sunt autē circa ānos
domini. cclxxxvij.

De sancto barnaba lxxvi

Barnabas interpretat filius ueniētis uel fi
lius cōsolatiōis. aut filius p̄pbete. aut fili
cōcludens. Quatuor uicibus ponitur filius
ppter quatuor modos filiatiōis ipsius. Dicit enī
filius in scriptura rōne generatiōis. eruditionis.
imitationis. et adoptiōis. fuit enī a xp̄o regenera
tus p̄ bap̄tismū. eruditus p̄ euangeliū. ip̄s imitat
per martiriū. et ab ip̄so adoptatus p̄ celeste p̄miū
Et hoc quantū ad se. Quantum uero ad alios fuit
aduēniēs cōsolans. p̄phetans. et cōcludens. Ad
ueniens discurredo. et p̄dicando ubiq; qd̄ parat.
quia fuit socius pauli. Cōsolans paupes et desola
tos. paupes. quibus elemosinā detulit. desolatos

quibus ex pte aploz eplas destinauit. Prophe-
 rās. qz p pbeie spū claruit. Cōcludēs qz magnam
 multitudinē in fide cōcluse z adunauit. sicut patz
 cum missus fuit in antiochiā. De his quatuor: act.
 xi. Erat vir. idest virilis quantū ad primū. bonus
 quantū ad scdm. plenus spūsancto quantū ad ter-
 ciū. et fide: lis quantū ad quartū. eius passionē cō-
 pilauit iohānes q et marcus eius cōsobzin. et ma-
 xime a visione ipi iohānis vsqz fere in finē. Quā
 beda de greco in latinū credif transtulisse. B



Barnabas leuites cyprius genere vnus de
 lxxij. discipulis dñi. ab historia actuū in mul-
 tis extollit. et laudat. fuit nanqz optime in-
 formatus et ordinatus. et hoc quantū ad se. et quā-
 tum ad deū. et quantū ad proximū. Quantū ad se
 ordinatus extitit. scdm tres vires. scz rōnalem cō-
 cupiscibile et irascibile. Habuit nanqz rōnalem il-
 lustratā lumine cognitionis. Unde dicitur act. xiiij.
 Erant aut in ecclia q est antiochie pphete et do-
 ctorez in quibus barnabas et symon zc. Scdo ha-
 buit cōcupiscibile purgatā a puluere mūdane affe-
 ctōia. Unde dicit act. iij. qz ioseph qui cognomi-
 natus est barnabas. cū haberet agrū vēdidit illū
 et precii attulit. et posuit ad pedes aploz. Ubi di-
 cit glo. Destituendū pbat qd tangere deuiat. et
 docet calcandū esse aurū qd subdit gressibus apo-
 stoloz. Tercio habuit irascibile roboratā magni-
 tudie pbitatis. et hoc vel viriliter aggrediēdo ar-
 dua. vel pseueranter agēdo fortia. vel constantē r
 sustinēdo aduersa. Viriliter aggrediēdo ardua

sicut patet in hoc q illam maximā ciuitatē antio-
 chiā ad cōuertendū accepit. sicut patet etiā act.
 ix. quia cū post cōuersionē paulus hiero solimā ve-
 nisset. et discipulis se iungere vellet. et hōs eū tanqz
 lupū agni fugerēt. barnabas ipm audacter appbē-
 dit. et ad aplos duxit. Perseuerāter opando for-
 tia. quia corpus suū macerauit. et ieiunijs afflixit
 Cū dicit act. xiiij. de barnaba et qbusdā alijs. Ma-
 nistrātibz aut illis dñio z teiunātibus zc. Cōstāter
 sufferēdo aduersa. sicut apostoli p̄sibēt ei testimo-
 niū dicētes. Cū carissimis n̄ris barnaba et paulo
 homibus qui tradiderūt animas suas p nomine
 dñi nostri ihesu xp̄i. Scdo fuit ordinatus quantū
 ad deū deferēdo dei auctoritati. maiestati. et boni-
 tati. Auctoritati qd patet ex hoc q officiū p̄dica-
 tionis sibi nō usurpauit. sed hoc ex auctoritate dei
 accipe voluit. sicut habet act. xiiij. Dixit spūsanctus
 Segregate michi barnabā et paulū in op⁹ ad qd
 assumpsi eos. Scdo dei maiestati. Cū em sicut ha-
 betur act. xiiij. maiestātē diuinā sibi quidā vellent
 attribuere: et ei tanqz deo hostias immolare vocā-
 res eū iouē tanqz priore. et paulū mercuriū tanqz
 prudentē et eloquentē continuo barnabas et pau-
 lus cōcassis tunicis clamauerunt. Viri qd facitis?
 Et nos mortales sum⁹ similes vobis hoīes annū-
 ciātes vobis ab his vanis dijs pueri ad deū viuū
 Tercio dei bonitati. Nam sicut habet act. xv. cum
 bonitatē gratie dei qua gratis et nō ex lege sum⁹
 saluari. quidā pueri de iudeis artare et diminue-
 re vellēt. asserētes hoc sine circumcisione nequāqz
 sufficere. paulus et barnabas p̄tra eos viriliter re-
 stiterūt. et solas bonitatē gratie dei sine lege suffi-
 cere oñderunt. Insup et questionē ad aplos detu-
 lerunt z cōtra illoz errozē apostoloz eplas impe-
 trauerūt. **L** Tercio fuit optime ordinat⁹ quā-
 tum ad proximū quia gregē suū pauit verbo exē-
 plo et beneficio. Verbo qz verbū dei sollicitē euā-
 gelizauit. Ubi dicitur act. xv. Paulus z barnabas
 demorebant antiochie docētes et euāgelizātes
 cum alijs pluribus verbū dñi. Hoc etiā patet per
 illā maximā multitudinē quā antiochie cōuertit
 adeo vt ibi p̄imo vocarent discipuli xp̄iani. Scdo
 exemplo. qz vita sua fuit oibus speculū sanitatis.
 et exēplar religionis. fuit em in omni suo ope vi-
 rilis et strēnuus oīm moz bonitate cōspiciuus oī
 grātia spūsancti plen⁹ et oī virtute et fide p̄clara-
 rus. De his quatuor habet act. xv. Miserūt bar-
 nabas antiochiā. Et sequit. Hortabaf oēs p̄pōsi-
 to cō:dis pmanere in dñio. quia erat vir bon⁹ ple-
 nus spūsancto et fide. Tercio beneficio et hoc du-

placiter. Est enim duplex beneficium siue elemosina. scilicet temporalis que consistit in necessarios subministracione. Primam habuit beatus barnabas. quoniam elemosinam fratribus que erant in hierusalem detulit. Nam sicut dicitur act. xi. cum facta esset fames maxima sub claudio secundum quod prophetauerat agabus. discipuli prout quisque habebat. proposuerunt in ministerium mittere habitaculis in iudea fratribus. Quod et fecerunt mittentes ad seniores per manus barnabe et pauli. Sed et habuit quia iohanni que cognominabatur marcus offensam dimisit. Cum enim predictus discipulus barnaba et paulus reliquisset. redeunt tamen et penitentem barnabas indulsit. et iterum in discipulum assumpsit. Paulus autem ipsum iterum assumere in discipulum renouit. et ideo iterum eos separatio facta fuit. Uterque ei ex pia causa et intentione fecit. Nam quod barnabas ipsum assumpsit hoc fecit ex dulcedine misericordie. quod autem paulus ipsum assumere noluit. hoc fecit ex feruoris recitudo. Nam sicut ibidem dicit glo. act. xv. Quoniam in fronte faciei se constitutus nimis trepidus steterat. merito ipsum paulus abiecit. ne illi quasi contagione vires aliorum corruperetur. Illa autem separatio non est facta et commotione vicij. sed ex instinctu spiritus sancti. ut scilicet ab inuicem separentur et pluribus predicarent. sicut et postmodum factum est. **¶** Nam cum esset barnabas in yconio ciuitate predicto iohanni eius consobrius vir que dicitur splendidus in visu apparuit dicens. Iohannes constantans esto. quia a modo non iohannes sed excelsus uocaberis. Quod cum ille barnabe retulisset respondit ei. Caue diligenter ne cuiquam quod uidisti reuelas. Nam et michi similiter dominus hac nocte apparuit dicens. Constantans esto barnaba. quia eterna premia percipies. eo quod gentem tuam reliquisti. et animam tuam pro meo nomine tradidisti. Cum ergo paulus et barnabas diu in antiochia predicassent. angelus quoque domini paulo apparuit dicens. festina venire hierusalem quia quidam fratres aduentum tuum prestolantur ibidem. Cum ergo barnabas cypri uellet pergere et parentes suos inuisere paulus autem hierusalem pergere uellet. sancto sic istigante spiritu ab inuicem discesserunt. Tunc cum paulus barnabe quod sibi dixerat angelus indicasset. respondit barnabas. fiat uoluntas domini. Nunc autem cyprium uado. et ibidem uitam finire. te amplius non uidebo. Et cum flens eius pedibus se humiliter uoluptaret communiens ei paulus dixit. Noli flere quia sic dominus est uoluntas. Nam et michi dominus in hac nocte apparuit dicens. Ne prohibeas barnabam ire cyprium. quia multos ibidem illuminabit et martirium consummabit. Pergens igitur barnabas cyprium cum iohanne euangelium sancti marthei secum detulit. et super infirmos ponens multos

dei uirtute sanauit. Cum autem de cyprio exissent inueniunt elymam magnum quem paulus lumine oculorum ad tempus priuauerat. Qui eis restitit et paulum intrare prohibuit. Die igitur quadam uidit barnabas homines et mulieres nudas currentes. et sua festa agentes. Unde indignatus templo maledixit et subito pars eius corruens multos oppressit. Tandem salamina deuenit. et ibidem contra eum predictus magus seditionem non modicam excitauit. Conprehendentes igitur iudei barnabam multis affectu iniurijs traherent. et iudicium ciuitatis puniendum tradere festinabant. Comperto autem quod eusebius uir magnus et potens de genere neronis illuc aduenisset. timuerunt iudei ne ipsum de manibus eorum eriperet. et sic liberum abire permitteret. Gigantes igitur funem in collo eius extra portam eum traxerunt. et ibidem protinus combusserunt. Denique nec sic ipsi iudei faciat. ossa eius in quodam uase plumbico recluserunt. in mare eadem precipitare uolentes. Iohannes autem discipulus eius cum duobus alijs de nocte confurgens ea rapuit. et in quadam cripta occulte sepelluit. Que ibidem ut ait sigibertus usque ad tempora zenonis imperatoris. et gelasij pape. et usque ad annum domini. d. latuerunt. Sed tunc ipso reuelare repta fuerunt. Beatus autem dorotheus sic ait. Barnabas in roma christum primum predicauit. episcopus mediolanensis factus.

De sanctis uito et modesto. lxxvii



Utriusque a uita. Distinguit autem augustinus in libro de ciuitate dei triplex genus uite. scilicet actuosum quod pertinet ad uitam actiuam. otiosum quod pertinet ad otium spirituale uite contemplatiue. et ex